

§. IV. Et ex *Cruce Christi grande remedium capis.*

8. *Cruce seu aduersitas temporalis non horribilis, sed valde estimabilis est denique quarto, quia Crucifixus Dei Filius suam crucem nobis dedit tanquam medelam & refugium in omni cruce & aduersitate. Quomodo? consulamus hodiernum Evangelium (Joan. 3.) Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis. Quid ergo conigit in deserto? Liber Numerorum c. 21, id narrat: Populus Israel exerserunt Egypticis elapsis, cum post deictum Regem Chananzorum a monte Hor ad urbem mare pergeret, ex tadio interius murmuravit contra Dominum, & in psonam delicti serpentibus ignitis a Deo punitus est, quorum mortu multo intoxicati misere perierunt. Moyses pro avertenda Numinis ira supplex factus preceptum a Domino obtinuit, ut anem serpentem & palo suspensum erigeret, addita promissione, quod solo illius aspectu vulnerati omnes sanandi essent, quod & reuera ita evenit: ergo serpens erat remedium contra serpentem? ita est: Mi Christiane sic crux Christi est remedium contra crucem! Age, si torrente aduersitatem obruit in crucem, in crucem Domini tuum! hic solus aspectus medebitur tuo malo! compara te cum illo & quere, quis ego, quis ille? ille innocentissimus, & ab omni peccata umbra alienus Deus est, & tamen abjectus, despectus, vulneratus, & millenis doloribus plenus in cruce emoritur: an ergo injuria mihi sit tot criminum reo, si his & illis ærumnis afflixi, quas meis peccatis mille promeritus sum? Hæc, inquam, cogita, & senties grande afflictionum tuarum levamentum! Vis ut alia probatione demonstrem, quomodo crux Christi sit tuæ afflictionis medicamentum? Imperatrix Helena, (*Virg. Rom. hoc Festo*) cum post insignem victoriam, quam ejus filius Constantinus contra tyrannum Maxentium reportavit, conquiescens Dominicæ Crucis studio qui jam centenis octoginta annis fuit terra delituit, Hierosolymam venit, & in monte Calvarie marmoream Veneris statum a gentilibus ibi erectam destruxit, deinde tres cruce humi desolata invenit, titulumque dominicæ crucis ad illis separatam, qui cum ex tribus, cui affixus fuisset non appareret, eam dubitatione miraculum fultulit; nam Macarius Hierosolymorum Episcopus, factis Deo precibus singulas cruce cuidam foemina gravi morbo laboranti admovit, cui cum reliquæ nihil profuerant, adhibita tertia crux statim eam sanavit. O quantam Crux Christi virtutem sanandis tam corporis quam animæ infirmitatibus continet! Utinam, exclamat Bernardus ap. Spera. de Pass. Dom. fund. 16. utinam omnes Christiani agnoscerent, & sibi applicarent balsamum suavissimum, quod stillat a cruce, certe non tam incoacta esset tristitia & pusillanimitas eorum, qui modica quavis afflictione tanguntur!*

9. Quod autem in genere de Cruce Christi loquor, id speciatim de amabilissima cruce no-

stra Biberbacensi intellectum volo! nonne enim in omni tribulatione commune est refugium? tollite oculos, Dilectissimi! numerate, que circumcirca pendent sacra anathemata, numerate annuum peregrinantium confluvium, numerate vota ac oblationes, numerate pie invocantium dona ac preces, numerate sacras Confectiones & Communiones, numerate incruenta altaris sacrificia, & totidem habebitis testimonia, quod Dominus Deus ex benignissima sua providentia prodigiosam hanc crucem ab aeterno in hoc templum delinavit, ut tristes soleret, desolatos erigat, ægrotos sanet, cæcis visum, surdis auditum, mutis loquellam, paralyticis valeudinem, & præsertim miseris peccatoribus veniam ac remissionem conferat, prout millenis casibus & exemplis posset demonstrari! Tu mi Christiane, ærumnoso hoc tempore ad sacrificissimum hanc crucem confuge, illi necessitates tuas confidenter expone, peccata quibus Divina Majestas offensus, & irritatur, declina, eadem etiam apud alios quantum potes impetere stude, & demum per vitam pie Christianam beneficiis Sanctæ Crucis dignam te redde, experieris, quod ab hoc templo inexasidius non sis abiturus!

10. *Epilogus.* Jam tandem, ut finem faciam, unde initium duxi, ex dictis luculenter patety quod inventione Crucis non malum nobis irrogatum, sed grande beneficium præstitum sit, in eo enim totus rei cardo versatur, ut bene intelligamus quam dulcis nucleus sub amaro, ut apparet crucis cortice delitescat: in quo autem consistit hic dulcis nucleus? consistit in eo, quod animam hominis a terrenis avocet, & ad caelestia inflammet: consistit in eo, quod animam præseret a peccatis, & inordinatos appetitus compescat: consistit in eo, quod virtutem augeret, & devotionem acuat: consistit denique in eo, quod ex Cruce Christi grande solatium & malorum omnium remedium capiat. Quid sequitur? Plane hoc sequitur, quod cruce & aduersitas temporales, si quis illas oculos non considerare velimus, non ex se malum fiat, sed solus erit nostra apprehensio: postquam illas vel alleviare, vel aggravare secundum nostram imaginationem. Christus Dominus passionem suam vocat calicem: *Calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum* (Joan. 18.) cur tantum oculis nuncupat, cum tamen omnes Propheta illum comparent mari, inundationi, abyssis? nempe, ut te doceat, mi Christiane, de aduersitatibus bene sentire: tu cum adversi quid in te currit, semper excogitas rationes, quibus malum illud aggravas: quid mirum, quod tibi intolerabile videatur? puta esse calicem quod mare est, perinde emolumenta, que sub cruce delitescunt, gratas refer Deo, quod participatione Dominicæ Passionis dignus sis, & sic incomparabiliter tibi crucem tuam ex levem reddes. Amen.

In Festo Ascensionis Domini.

CONCEPTUS LIV.

De tertio & quarto Opere Misericordie, quod est *operire nudos; & captivos redimere.*

Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum. *Marc. 16.*

Christus in caelum assumptus liberans e limbo Patres, eosque stela gloria vestiens dat ansam descendendi de tertio opere misericordie quod est operire nudos.

1. Incarnatus Dei Filius, post absolutum quadraginta dierum jejuniis, superatque diaboli tentationes, ad Evangelicæ prædicationis munus in Galilææ regionem revertens, venit in patriam suam Nazareth, ibique synagogam ingressus accipit in manus librum, qui ipsi tradebatur, videlicet Prophetias Isaia, salutarem doctrinam auditoribus suis exinde proposuit. Aperit librum & ecce! incidit in illa verba: (*Isa. 61.*) *Spiritus Domini super me, ut prædicationem evangelicam, & clausi aperirem: De quo pronunciantur hæc verborum vaticinia? pronunciantur de ipso Christo Dei Filio! quomodo? quomodo? quibus in circumstantiis Christus cum captivis, & clausi negotium habuit? Respondet, prædicationis captivos indulgentiam, in ipsa Parasceves die, quando post amarissimam passionem, ac mortem obitum sanctissima ejus anima in limbum descendit, ibique beatis antiqui testamenti Patribus ac Patriarchis, adventum Messie jam per aliquot secula expectantibus, felicissimum nuncium attulit, jam tandem legem figuralem completam, peccatum protoparentis extinctum, mundumque per suam sanguinem ac mortem Deo plene reconciliatum esse, quin imo paucos superesse dies, quibus elapsis ipse beatus Patrum animas fecit in caelestia regna ducturus esse. Dein prædicationis clausi aperitionem hodierna sua assumptionis die, quando vi sue promissionis limbo carcerem effregit, & eam portans per quinque ac triginta fere sæcula clausi aperuit, atque eosdem Patres, progenitores & consanguineos suos triumphali pompa secum caelestis regis invasit. *Assumptus est in caelum* (Marc. 16.) qua ratione autem, & qua pompa assumptus est? Christus Redemptor, in cuius corpore quod vulnerum cicatrices instar syderum radiabant, erat paludamento glorie vestitus, & in signum victorie, qua mundum, carnem, demonem superavit, lauris ac fertis redimitus, neque dubium est, quod eodem vestimenti genere etiam sequacem animarum multitudinem exornarit. O quam hic opportuna se mihi offerret occasio Divino Victori gloriosum caelestis patrie ingressum gratulandi, meoque Auditores ad partem contra carnem, mundum, demonem subeunda certamina, & mala omnia amore Dei patienter exantila-*

da, emphaticè animandi, ut quondam in morte eadem mercede digni inveniantur, & cum Christo triumphatore caelestem patriam gloriosè ingrediamur.

2. *Propheta.* Verum avocor a mea materia! Nempe quando interrogas, mi Christiane, quomodo aeternam cal beatitudinem promereri possis? Respondeo, potes per opera misericordie per quæ tu super locuti sumus de primis duobus, que sunt Elixiries facere, & potum dare sitientibus. Hodie de tertio & quarto agemus, quod est operire nudos & captivos redimere. Christus hodie captivos Patres e limbo eduxit, eosque gloria veste amicit: ita de utroque hoc opere differendè ansam nobis præbet, tum Religiosi Patres de Redemptione captivorum, qui pro colligendis elemosynis hujate vestantur, tum innumerabilis egentium multitudo, qui calamitosi hoc tempore ulque ad nuditatem depauperati, quotidie sub oculis nostris vestantur. Evæte!

§. I.

3. *Confirmatio.* Dum de opere misericordie, quod est operire nudos, initium facio, erung forsan ex meis Auditoribus, qui putabant, me vestimenta, telas lineas, ac pepa commendicatorum pro pauperibus alterius sexus, que licet cætero corpore auro & argento fulgeant, non tamen habent, quo colli nuda contegant, hinc eo sere schemate, quo luxuræ & lumbæ pingi solent, non sine laudentium scandalo plateas obcurrunt. Erratis, Dilectissimi, pro his ego ne verbum! sunt pauperes, imo martyres diaboli ad pervertendas animas, digaque, que non veste, sed spato & luto ad ignominiam cooperantur? Væ illis! Ego autem de pauperibus in liquor, quos infortunium, infirmitas, incendium, rapina, aut ipsa hujus ærumnosi temporis calamitas adeo ad incitas redegit, ut corpori honeste contegendo impares præ erubescantia in publicum prodire vix aiant.

4. Scitis, Christiani mei, quis omnium primus fuerit in orbe sartor? Puit ipse Deus! quando protoparentes Adamus & Eva in primævæ innocentie statu perseverarunt, aure miro quodam splendore, quem tam in corporibus, quam animabus eorum Dei gratia causabat, vestiti; postquam autem Dominicum preceptum prævaricati sunt, pendenda nuditate in roborem dati, sub fruticibus sese occultare, & solis ficus cooperire coeperunt. Cum igitur e deliciosis paradisi tempore ejeti, ob inclementiam frigidis & ætus vestimentis indigebant, Deus suis ipse manibus secte Adæ & uxori ejus tunicas palliores, & induit eos. (*Gen. 3.*) Sed unde assumpti Deus pelles & exuvias ovium? Respondent & concludunt sacri Interpretes, Adamum & Evam, dum in paradiso morabantur, jam tum Domino Deo ovium & agnorum victimas obtulisse

ex quorum exuvis dedit Deus tunicas pelliceas nudis, & exulibus protoplastis confectis. Verum quidquid fit de hoc, ego cum Cornelio a Lapide in Gen. hic concludo, Deum primum fuisse auctorem vestium, suoque hoc exemplo docuisse, quomodo egentibus ad nuditatem usque depauperatis succurrere, eosque vestire debeamus. Nec solum in paradiso id fecit, sed hodieum idem profectur exemplum, dum creaturas omnes, proportionaliter suo quovis vestimento contigit. Quis est, qui arbores omnes & singulas suo cortice obnudit, sine qua mors amoris, & clarificatio deberent? quis est, qui animalia, ursos, leones, vulpes, aliaque pellibus & capillis contra tempestatum inclementiam defendit? quis est, qui volucribus plumas, natatilibus squamas attribuit? quis est denique qui terram, quam hyemali tempore aridam, & discopertam vidimus, vernali hoc tempore plantis, graminibus, herbis amarissimè exornat? Nemo alius est, quam benignissimus Deus, eo solo discrimine, quod ceteris viventibus, ut animalibus, volucribus, & plantis via vestis quasi a natura congenita fit; homini autem, non minus ac elus & porcus, ne per laborem, & industriam comparari debeatur. Ad quid autem servit homini vestis? Respondet Eruditionissimus Beyerlinck, in Theat. V. Vestis. Vestis usus non ad ornatum aut luxum deservit, sed ad necessitatem, ut nuditas vitetur.

5. Hanc Dei Optimi Maximi beneficentiam tam pia emulatio imitati sunt homines sancti, ut pro vestendis pauperibus nonnunquam seipso demandarunt. Sanctæ Catharinæ Senensis apparuit quondam Christus Dominus sub schemate feminæ mendicæ, demisse rogans virginem, ut sibi obsoleam vestem arcolato frigori porrigeret. (S. Antonius ap. Dauroult. c. 7. tit. 7. n. 2.) Virgo pauperem peregrinum miserata sine mora interiore togam exiit, & misero donat. Inhabat pauper, & etiam induriam rogabat, quod ubi Virgo illi misericorditer concessit, necdum contentus pauper manicas petiit, & his impetratis denique voluit, ut omne vestimentum Virgo, quo illa tegebatur, sibi dono daret. Reposuit tam Catharina, peccatum hoc aut nimis esse importunum, & aut minus conveniens, & pauper eo momento disparuit. Proxima autem nocte Christus Dominus S. Catharinæ visibilis se præbuit, hac veste pretiosissimis anouibus ornata circumdatus, heterosque: Nosti illa hunc habitum? Respondit Virgo, novi quidem, sed dum mea hac vestis erat, non fuit tam pretiosa: Et Christus, ecce in tua benignitatis mercedem reddendo tibi hanc vestem (quam simul & vulnerato laterè rubicundam produxit) que tibi contra frigus tam corporis quam anime in hac vita, & simul pignus pro futura erit, quod æternæ gloriæ vestimento exornanda tecum sine fine regnatura sis. Anno Domini 1120, frigidissima pycnis agnos, vineas, hortos & prata adeo

ad sterilitatem reduxit, ut ingens annonæ caritas, & terribilis fames consecuta sit. (Dauroult. p. 4. tit. 5. cap. 7.) Eo tempore Lapidaria principatum tenuit Carolus non tam opibus & nobilitate, quam misericordiam operibus celeberrimus Princeps, qui singulis pauperibus, quorum aliquando una hora obdormatam quavis feria sexta tredecim pauperes vestiri præcepit, ipse vero jejuniis corpus extenuans, & nudipes telam obtens divinam Clementiam non avertens famis calamitatem rogabat. Contigit autem, ut duo ex iulæ Procerebus, pecuniarum lucratores, reliquum tritici apparatus, quem Princeps in genantibus repositum habebat, sibi vendi peterent. Negavit Princeps id fieri posse, quia res pauperum esset; qua repulsa ille geminos Procere adeo in furias egit, ut illi Carolum in templo orantem proditorie & crudeliter trucidaret. Et ecce! statim post mortem Caroli apud ejus sepulchrum cæci illuminati, surdi auditi, muti loquela, ægroti valetudine donati, alique prodigia patrata sunt, quibus manifestum fecit Deus, quod violentam Principis mortem non aliam causam vestitus, nisi ut insipientem egentium beneficentiam quocumque æternæ mercede coronaret. Martyrium in Haustria Monachus, (S. Greg. ap. Dauroult. c. 7. tit. 7. n. 6.) cum aliquando ad Monasterium reverteretur, in via incidit in hominem leprosum, humi jacentem, & ergo halitus respirantem. Commiseratione tactus mox leprosum fuo pallio involutum in humeros suscipit. Mirabile! tam levis erat hac facina, ut portans nullum onus sentiret, & quod mirabilius, Abbas Monasterii, qui Martyrium procul adventantem conspexit, vidit, quod Christum Dominum in humeris portaret. Ruit ergo in occursum adventanti; verum cum Martyrium ad portam cœnobii suam facinram deponeret, vidit Christum coram se stantem, audivideque dixit: Quoniam me non erubuit coram hominibus, olim non erubescam te coram Angelis Dei, quibus verbis simul disparuit.

6. Desino plures id genus historias in medium proferre, ex quibus duplicem tibi, mihi Christianæ, doctrinam eruo: Primam pro iis, qui nonnunquam ajunt: Pauperes sunt deceptor, simulant se indigere & abundantem vestem, quam nuper amiserunt, ille non vendidit, & pro redacta pecunia crapulam emit? Eto ita, mi Bone! quamquam enim lateat, bene ac laudabiliter fieri, ut indigentibus præ minus indigentibus succurratur, & hoc ipsum Divus Chrysof. ap. Dauroult. cap. 7. tit. 7. numer. 6. sanctæ Olympiæ suaserit, tamen nimis quam certum est, quod, si amore Dei pauperi etiam indigno subvencas, debita mercede non sis cariturus, quia, quidquid pauperi sit, Christo fit. Altera deinde doctrina est pro iis, qui putant, timentque se elemosinis depauperari posse: Non est ita,

mi Bone! Christus non recipit in paupere obolum, quem non millecupla retributione aut bic aut tibi compensat. Scis, cur patientissimus Job infelici nuncio, quo greges ovium delapso capillis igne consumptos esse nunciabatur, non indoluisse, sed fereno vultu ac animo lubantillise legatur: Dominus dedit, Dominus abstulit? (Job 1.) S. Chrysolomus hom. 3. in Job opinat, hos ovium greges a beato Job alios fuisse, ut illorum lana pauperibus nudis vestimentum procuraret: igitur pro certo & indubitato habuit, amicum ovium gregem fuisse a Deo, qui nec minimum opus papæ exhibitum impetiamum esse finit, abundantem restitutum in Numquid gregis Deus pauperes despiciat? Quodsi Deus ex arcanissimis consiliis opera charitatis in hac vita compensare nolit, certum est, quod in altera vita emicenter sic compensaturus. Israelita, (Deut. 29.) dum quadraginta integris annis fuo frigido Jove inter pluvias & tempestates ex Aegypto in terram promissam itinerabant, miro profus prodigio vestimenta sua adeo non attiverunt, ut illa per quadraginta integros annos illata, & quasi recentia pervenerant. Verum hoc prodigium & tecum fiet, mi Christiane, illa obsoleta toga, illicet, illa tibialis pauperi porrecta in æternum non computrescent, sed reponetur in illo Exophylaco, ubi neque eroga, neque tinea demittit. (Matth. 6.) quoniam tam pretiosa & amabilia erunt Christo, ut tibi in eorum remunerationem vestem gloriæ daturus sit. Si nudum vestias, ait Cornelius a Lapide, in Isa. c. 58. v. 8. Deus quoque carum tuam in reversione vestis gloriæ. Pergamus ad alteram partem!

§. II. Et quartus, quod est, captivus redimere.

7. Divinus mundi Redemptor non solum gloria vestit limbi Patres, sed etiam ascendens in altum captivum duxit captivitatem, & quatuor operis misericordiarum nos commonet, quod est captivos redimere. Non autem hic putes, mi Christiane, Deo gratiam ad beneficentiam fieri, si hominibus nequam, ut perduellibus, homicidis, raptoribus, aliiisque facinorosis, ob perpetrata crimina in vincula datas, carceres aperias, eosque in libertatem afferas. Non ita te res habet! Justitia non minus est virtus, quam misericordia, neque oportet benignum esse in delinquentes, ut crudelis sint in Republicam, si tollas justitiam, quid sunt regna, quam magna lacerantia? Impunitas scelus est incentivum delicti, jura & leges concidunt, jus, fas evertitur, & Deus magis magique offenditur, Deus, inquam, cui non est gratius sacrificium, quam homo iceleratus. Quid? quod carceres & catenæ non solum sint poena vindictivæ, sed medicamentum, quo sapie perverissimus homo, cum alia remedia nil proferuat, ad frugem & penitentiam redactus est. Exemplum capere licet in Manaf-

se, (2. Paralip. 33.) Erat Regum sceleratissimus, cultum veri Numini suffulit, idola in ipso templo erexit, innocentum sanguinem curivos protudit, & cum a sanctis divini honoris zelatoribus tantorum scelorum commoneretur, illos crudelissima morte medio suffulit, inter quos etiam erat Propheta Isaias, quem terra medium secari præcepit. Verum justissimus Deus submisit hostilem Afflyrium exercitum, a quo Manafes prælio superatus, captus, in urbem Babylonem abreptus & in obscuram carceris ergastulum conjectus est, ubi infelicitissimus Rex ab omni hominum consortio alienus quotidie non nisi mucido pane & aqua pastus fuit. Quid evenit? In his tenebris agnovit suam, quam in luce meridiana ignoravit, impietatem, & Egri penitentiam voluit; id est, tanta animi compunctione, tantaque lacrymarum abundantia, ut, reconciliato Deo, in regnum & solium suum restitutus fuerit. Non est ergo consultum, ut homines flagitiosus justitiam eripias, utpote quibus sapie crucior, seu iactura libertatis fuit anxia & initium feræ emendationis. Hoc quidem non improbo, potes illos, si per justitiam administratos licet, accedere, solari, ad penitentiam, ad poenitentiam, ad confidentiam, ad constantiam, ad agnitionem suorum scelorum, & Divinæ ultionis hortari, aut etiam elu & popu reficere, proferat Tobiis, Josephus Aegyptius, & specialiter illa illa, que ad matrem incarceratam & famelicandam impetrato accessit, miro charitatis ingenio suo illam lacte pavit, ac conservavit. (Esa. 47. c. 36.)

8. De quibus ergo captivis loquitur hoc opus misericordiarum? Respondeo. Loquitur de illis, qui apud Turcas & Barbaros vel in bello capti, vel ex odio Christiana Religione abrepti, in vinculis & carceribus detinentur, & vitam agunt omni morte miseriorem. Captivi quidem omnes, ait Berchorius in Dict. V. Captivus, commiseratione digni sunt, sed maxime Christiani, qui in terris infidelium sunt captivi. Quare? Quia, dum fame, siti, nuditate, incandescens laboribus, aliiisque argumens affliguntur, in manifeste perverfionis, & æternæ damnationis periculo versantur. Oh quam liberali charitate huic misericordiarum operi esse imperandum homines sancti, ex instinctu Divini Spiritus latius clare agnoscetes, duplex beneficium miseris captivis præstari: quia, ut loquitur Salmeron, l. 9. tract. 16. & anima tenus in periculo abjuranda fidei, & corpore tenus & viliissima servitute eruantur. Tempore, quo Anno Domini 434. septem Persarum millia a Romanorum gentili exercitu in captivitatem abducti fuere, (Nicephor. ap. Dauroult. c. 7. tit. 8. n. 4.) indicibile est, quam impensa charitate Achatius Amydæ Episcopus, oblati etiam, quos habebat, thesauris, pro eorum redemptione laboravit: verum cum Romanorum avaritiae ducti captivos non, nisi pro certa summa pecuniaria dimittere vellent, Achatius cum Clero collecta etiam auream, & argenteam

que templi suppellectilem vendidit, miserofque in libertatem afferuit, cum tanta gentium adfectione, ut ad Christianam fidem innumerabili multitudine transferret. Ad sanctum Paulinum Nolæ Episcopum venit quondam paupercula vidua demitte rogans, ut filium suum in captivitate Barbarorum detentum redimeret: Sanctus Dei famulus ea tempeste pecunias, quas omnes in captivorum redemptionem effuderat, adeo erat depauperatus, ut vix cibo sibi procurando sufficeret: quid egit? O admirandam charitatem. Abiit, seipsum pro filio pignori dedit, & sic diuturno tempore in miserabili servitute hortulani vices obiit, donec tandem agnus, & ad gregem suum fidelissimus pastor remissus fuit. In Nauria Italiæ Provincia (S. Greg. ep. Diac. in l. 7. tit. 29. n. 7.) sacerdotum nonnemo a Longo barbâ in vincula datus, & cum litro pecuniariorum par non esset, ad mortem condemnatus fuit. Intercessit pro misero Sanctulus Abbas, & vadem se præbuit, pro sacerdote fe moriturum, nisi ille intra certum temporis spatium cum litro esset rediturus, interim submonuit clamfacerdotem, ut sibi fuga, non amplius reverturus, consulere. Elapso igitur præstituti temporis termino, cum sacerdos non comparet, Sanctulus pro proditore habitus & ad mortem condemnatus fuit. Jam stat in ferali pegmate & ænuado collo idcum cum morte expectat: Verum ecce! non desistit Dei misericordiam, munerantis auxilium; quippe carnicif ambemans adeo obsequerent, ut instar trunci immobilis hæret. Obfupare gentiles & tanto prodigio commoti sanctum Virum, postquam ille carnicif membrorum ulum precibus suis restituit, liberum cum donis ac maneribus dimiserunt. Anno post reparatam salutem millesimo ducentesimo octavo, (Breviar. Rom. ad 24. Sept.) cum major, feliciorque Hispaniarum pars ditro Saracenorum jugo opprimebatur, inanimique fideles sub immani servitute, maximo cum periculo christiana fidei abjurando, infeliter detinebantur, Beatissima calorum Regina tor, tantique malis benigniter occurrent, nimum charitatem suam in his redimendis ostendit. Nam S. Petrus Nolasco pirata, & opibus florentis ferena fronte fe conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac uigento filio suo fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura inculberet captivos & Tarcarum tyrannide liberandi. Qua calesit visione Vir Dei recreatus, mirum est, quo caritatis ardore flagrare ceperit, hoc unum servans in corde suo, ut ipse, & instituenta ab eo Religio maximam illam charitatem sedulo exerceret, qua quisque animam suam poneret pro proximo suis. Ea ipsa nocte Beatissima Virgo S. Raymundo de Pennafort, & Jacobo Aragonie Regi apparuit, idipsum de Religiofis institueadis admonens, fundenique, ut opem pro constructione tanti operis conferret. Petrus autem factum ad Raymundi pedes, qui tunc erat a facis confessoribus & advocatus, et

rem omnem aperuit, quem etiam calitus infra-tum reperit, eisque directione fe humillime subiecit. Ad superveniens Jacobus Rex, quam & ipse a Beatissima Virgine revelationem acceperat, exequi statuit. Unde collatis inter fe consiliis, & consentientibus animis in honorem ejusdem Virginis Matris Ordinem institueret. Aggressi sunt pro invocatione S. Marie de Mercede Redemptionis captivorum, sodalibus quarto voto adstrictis, elemofynas per universum orbem pro captivis colligendis, & manendi in pignus sub paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus foret. Atque de his Religiofis desacto duo bustate versantur, pro captivis omni miseratione dignissimis elemofynas rogantur. Vestrum est, Dilectissimi, ut quilibet pro suarum facultatum proportionem ad grande hoc & præcellens charitatis opus cooperetur, cum aptat doctissimus Salmeron, T. 9. tr. 16. Misericordia opus in redimendis captivis positum est præstantissimum opus.

9. Vah! isti Patres forsitan sunt deceptores! Mi Christiane, non vito tibi vervo hanc crysin; tot enim, tamque enormes impofuras jam hac in re experti sumus, ut etiam sincerissima fides suspecta haberi possit: verum tunc est, ut non præpropere credulitate quibusvis alienigenis fidem tribuas, priusquam eorum testimonia Presulum Ecclesiasticorum circumfpectione apponantur, prout horum duorum Patrum approbata sunt. Oh bone Deus! ipsulmet calamitosis his temporibus in paupertate & indigentia vivo! non habeo, quod porrigam! In nomine Domini! Scis, quid Ecclesia fecerit, cum Apostolo Petro, ac Herode cupiente placere Judæis in carcerem dato, succurrere non posset? Orationem pro eo sine intermissione ad Deum fudit: (Act. 12.) Et ecce! tam potens erat illa oratio, ut Deus miserit Angelum, qui Petrum aperto carcere, solutisque vinculis e medio militum in libertatem eduxit. Tu Mi Christiane, cum facultates pecuniarie tibe non suppetant, orationes ad Deum fande, ut avarorum & ditium corda emollire, & ad sanctam liberalitatem commovere, de cetero autem miseris captivis suos Angelos Cathodes submittere dignetur, a quibus consolationem, constantiam, ipsamque, si Deo lubeat, redemptionem recipiant. Id si feceris, forsitan ad captivorum redemptionem plas, quam millenarium aureorum contributione conferes! Finiamus.

10. Epilogus. Divinus mandî Redemptor hodie ascendens in altum beatos limbi Patres stola glorie vestit, eosque captivos in libertatem æternæ beatitudinis secum duxit. Amulem hanc Deû benignitatem erga nudos & captivos præferim avari illi & divites, de quibus Psalmista, (Ps. 143.) Illis coram confopio, circumspice ut similitudo templi. Quid vult dicere? In templi paramenis fere quotidie alios ut paratur color, nunc rubeus, nunc albus, nunc viridis, nunc cæruleus, nunc niger: parent in modum inveniantur homines, & filia compofet & circum-

emornate, qui fere in singulos dies aliis, vestibus vestibus superbiunt, & tamen attrita vestium rejectamenta, ut calceos, tibialia, togas, libentius a muribus & tineis devorari, aut in angulis & pulvere comparere solent, quam illa indigentis porrigant. Non ita, Christiani mei, non ita! Operite nudos, seu prout Dominicus Præcursor Judæos comminuit: Qui habet duas tunicas, det non habenti; (Luc. 3.) & Deus, qui nec minimum charitatem impræmiatam esse finit, dabit pro obolo aureum, pro calceo regnum, pro veste obsoleta solam gloriam. Denique quod alterum misericordie opus concernit, captivos redimere, amplectimini sanctam occasionem beneficiendi etiam miseris, qui procul hinc in Barbarorum regionibus in carcerum tenebris, & squaloribus lectu fere contabescunt, & Christus olim in illa die hoc charitatis opus tanquam sibi exhibitum coram univerto orbe laudabit, inquit: Captivus eram, & liberastis me; (Matth. 25.) Verissime enim enunciat S. Ambrosius, l. 2. offic. c. 12. cujus verbis totum Sermonem concludo: Tractate ergo libertatis redimere captivos, & maxime ad hos barbaros, qui nihil deserat humanitatis! Amen.

In Festo Pentecostes.

CONCEPTUS LV.

De quinto Misericordia corporalis opere, quod est, Hospitio peregrinos excipere.

Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Joann. 14.

Spiritus S. nec in se, nec in pauperibus in hospitium recipitur.

1. Johannes Dux Andegavensis Regnum Neapolitanum, cui Alphonsus Arragonius tunc temporis dominabatur, armata manu recuperaturus, (Macensius in arg.) contrigo milite coadiv ingentem exercitum regioque confinis appropinquans militariis vexillis, que sibi præferri fecerat, verba ex Evangelio de prompta inscripsit: Missus, cui nomen erat Joannes. Alphonsus, ut hominis vanitatem, & inanem conatus derideret, opposuit exercitui exercitum, siveque signis ex eodem Evangelio hæc verba affixit: Et sui cum non receperunt. Quamquam igitur Spiritus Sanctus, qui tanquam Deus charitatis in anima nostra, gratissimo sibi tabernaculo, habitare desiderat, hodie promittat, quod ad nos venturus, & mansionem apud nos sedurus sit; dubium tamen restat, an a multis Christianorum, præsertim peccatoribus, in animi hospitium recipiendus sit. Superbi non recipiant Spiritum Sanctum, quia est Spiritus humilitatis: Luxuriosi non recipiant Spiritum Sanctum, quia est Spiritus castitatis: Vindicativi non recipiant Spiritum Sanctum, quia est

Spiritus pacis & mansuetudinis: Gastrimargi non recipiant Spiritum Sanctum, quia est Spiritus prudentie, & temperantia, & sic de cæteris peccatorum generibus, de quibus universis & noviter verificatur, quod secundæ Deitatis personæ, id est, incarnato Dei Filio, accidit, qui, cum in orbem nasciturus in Bethlehemi hospitium quæreret, audire & experiri debuit, non esse locum in divorsorio. (Luc. 2.) Quod magis dolendum, Divinas hic Spiritus charitatis, non solum in se, sed etiam in suis, id est, in pauperibus, in exulibus, & peregrinis repullam patitur, qui, cum eluriant, non pascuntur, cum sitiunt, non reficiuntur, cum nudi sunt, non vestiuntur, & sic etiam cum peregrini sunt, non hospitio recipiuntur. Etenim hoc opus misericordie, quod est peregrinos hospitio recipere, prout discurrit Abulenfis, estimabilius fere est cæteris; quia inops & pauperculus mavult incediam, sitim, & nuditatem perpetuam, quam sub frigido Jove pluvius, ventis, tempestatibus, raptoribus & feris cum vite periculo exponi. Verba citati auctoris in Matth. 25. q. 374. sunt: Adhuc incommoda & mortis sequi potest, si maneat quis extra hospitium per diem & noctem. Et ideo sancti patres, inter quos eminet S. Gregorius Hom. 23. in Evang. hortantur & laudent, peregrinos non solum ad hospitium invitandos, sed etiam trahendos esse.

Quanti autem meriti opus sit, peregrinos hospitio recipere, patet ex eo, quia docetur timore naturæ.

2. Propositio. De hoc igitur quinto Misericordie corporalis Opere, secundum materiam originem, hodie differemus, idque tanto opportunius, quo ipsi scitis, Dilectissimi, his Festis Pentecostalibus numerosam peregrinantium multitudinem hujate ad S. Crucem conflare, qui, licet non esum & potum, tamen eam charitatem a vobis expectant, ut vestes pluvius madidas ficare, & securam quietem sub tectis vestris sibi capere liceat. Eja! Recipiamus Deum charitatis, Hospitalitatem sciamus, prout loquitur Apostolus, (Rom. 12.) ne boni peregrinantes ex itinere lassati antem capiant lamentandi illis verbis Levitæ: Vadimus ad domum Dei, nullusque sub tectum vult nos recipere. (Judic. 19.) Favete!

S. I.

3. Confirmatio. Hospitio peregrinos excipere, est misericordie ac charitatis opus, quod ab ipsa nobis congenita lege naturæ docetur & inculcatur; hinc cum Christus Dominus Pharisæis legem charitatis, qua unus alteri obstringitur, explicaret, in morem similitudinis allegavit exemplum Samaritani, (Luc. 10.) qui, cum viatore ab urbe Jerusalem in Jericho descendente, & a latronibus spoliatum, fauciatumque invenit, non solum ejus vulnera infuso oleo

oleo & vino fovit, sed etiam jumento impositum in proximum hospitium deferri, & deposita in expensas pecunia curam illius haberi precepit.

Et exemplo Sanctorum.

4. Oh quam insigni habemus hac in re Sanctorum exempla, qui Divini Spiritus lumine illustrati vere agnoverunt, omnia charitatis obsequia, quae peregrinis impendantur, ipsi Deo & Christo fieri. Hospitalis erat Patriarcha Abraham; in valle Mambre juxta viam Regiam construxit tabernaculum, in quo non solum se detinerant observare, eos ad se invitare, cibo & potu reficere, pedes illis lavare, & pio discursu recreare consuevit, ideo a Sancto Chrysostomo, serm. 21. in Ep. ad Rom. venatori comparatur; quia sicut venator de capta preda, ita Abraham de inventis peregrinis, quos domi vix recipere, letabatur. Hospitalis erat Patriarcha Loth; eo tempore quo scelerata urbs Sodoma flagitavit, & praesertim immiseri cordiae erga pauperes erat immersa, ille sub porta civitatis sedens peregrinos, & detinerant observabat, eosque amica quasi vi ad se traheret, inter quos geminos Angelos humana specie velatos recipere meruit. (Gen. 19.) Hospitalis erat Patriarcha Job; divitias sui principatus adeo indigentibus impendit, ut non solum fuerit oculus caeco, pes claudus, & resurgens miser, sed insuper de seipso tectetur, quod in domo sua foris non manserit peregrinus, & osium viatori patuerit. (Job 31.) Hospitalis erat mulier Sannamitis, quae Prophetam Elisham in urbe transeuntem & redeuntem non solum pane refecit, sed etiam illi conaculum parvum cum mensa, lectulo, candelabro, aliisque utensilibus paravit, ut, quoties iter per eum faceret, hac opportunitate uteretur. (4. Reg. 4.) Hospitalis erat Rahab, quae exploratoribus ab Israelitis missis domi suae recepit, & cum illi ab emissariis Regis, cui praedicti sumus, ad carcerem & necem quaerentur, sollicito abscondit, atque demum cum secuta esset omnia, quibus supra muros demisit. (Josue 2.) Nec solum in veteri, sed & in nova lege habentur ejusmodi charitatis exempla; de urbe Oxyrincho in Aegypto mirabile est, quod peribatur. Erant in ea urbe fere tot monasteria, quot domus, habitabant in illa ultra decem Eremitarum, & ultra viginti millia Sanctorum; eorum autem labor & occupatio fuit, prout Bellucensis testatur, spec. Mor. 1. 3. dist. 23. *partes urbis observato propter hospites suscipiendos, & eos violenter ad hospitia sua trahere, & de eis habentis simul ad iterum pugnare. Quid? quod sanctissimus Monachorum Patriarcha & Legifer Benedictus c. 53. in suis regulis hoc charitatis genus singulariter suis precepit, & inculcavit, inquit: Omnes supercumbentes hospites tangam Christum suscipiantur.*

§. II. *Et grandi prelo, quae Deus tam temporaliter, quam aeternum hoc opus coronat.*

5. Quae autem causa generosos animos ad exercendam peregrinorum hospitalitatem commovere potuit? Respondeo. Commovit, nisi fallor, geminum motivum. Primum est inexplicabilis complacentia, qua Christus Dominus in hoc misericordiae opus ita rapitur, ut, quicquid peregrinis fit, illud tanquam sibi factum accipere, juxta illud, (Matth. 25.) *Hesper eratis, & collegistis me.* Solum nonnumquam terrent Principes, praesertim cum bello occupantur, disimulata persona triviali militis habitu circuire, ut se militum fidem, stationum industrias, aliaeque explorent, & siquidem in aliquem incidunt, a quo juxta data praecipua rigore examinantur, delinquentes corripiantur, aut etiam verberibus excipiuntur, illum laude, & muneribus remunerantur. Christus Dominus, ut explorent, an vigeat inter nos ea charitas, quam erga peregrinos nobis inculcavit, saepe ipse personam peregrini indutus apparuit, eosque a quibus hospitio benigne receptus fuit, celestibus beneficiis largiter donavit. S. Gregorius, (Joann. Diacono, to. 17. s. Greg.) nonnumquam pauperes in domum admittit, sed eisdem in plateis & viis conquerere, illisque ad mensam invivere solebat. Aliquando cum hodie pauperum, quos heri receperat, numerum iniret, comperit aliquem deesse, nec conquisitum comparere: judicavit ergo Christum fuisse, nec sua se opinione decepti, proxima enim nocte apparetis Dei Filium gratias ei retulit, quod postquam se in membris suis multoties receperat, jam heri in persona se pavisset. Nobilis Matrona (Thomas Cantuar. ep. Daurouls. c. 7. tit. 10. n. 1.) in absentia mariti hunc miserum paralyticum & lepra sordidum suscepit, eumque in lectulo viri expandit, quod eum collocaisset. Interrogatus, se curis reversus, parati sibi haud bene habent lectulum jubet. Vadit Matrona in interiori cubiculo, verum cum diutius solito ibi occuparetur, parum absuit, quia maritus mali quipiam suspicaretur: aperit ergo januam cubilis, & ecce! eo momento paralyticus disparuit, atque, ut nemini dubium fit, Christum fuisse, caelestem profusum odorem post se reliquit. En! mi Christiane, eosque delectatur Christus operibus misericordiae, ut ipse pauperum & peregrinorum personam assumere non dedigneret.

6. Alterum motivum, quod hominibus sanctis obsequium peregrinorum hospitalitatem persuadet, est tam temporalis, quam aeterna retributio, qua Dominus Deus hoc charitatis opus compenlat, & dicente S. Ambrosio: *Habet mercedem suam, primo humana gratia, & deo veneratione divina.* In quo consistit aeterna temporalis retributio? Respondeo doctissimus Speranza, script. sel. punct. 87. Consistit maxime in eo quod, cum homo justus domum ingreditur,

aitur, caelestem benedictionem secum afferat, eum fere in modum, quo Laban propter Jacobum ditatus est, & avertat Dei punitionis supplicia, ac maledictionem, quam nonnumquam ob scelera nostra super humanum genus effudit. Quid multis? Regrediamur, & videamus Abrahamum! Quia hospitalis fuit, tres Angelos humana specie indutos recipere meruit, ab illisque pedum lotionem, & frugalitatem censestis promissionem audivit nasciturum sibi filium, & genus suum supra stellas calimultiplicatum iri. Videamus Patriarcham Loth! Quia hospitalis erat, ex urbe Sodoma, quam Deus deploro caelitus igne punire decrevit, per Angelos eductus, & ab incendio, in quo sui concives ac patriotes miserabiliter perierant, praeservatus est. Videamus Patriarcham Job! Quia hospitalis erat, sua bona omnia, quae per elementum & hostium injuriam perdidit, una cum valetudine recuperavit. Videamus mulierem Sannamitem! Quia hospitalis erat, per preces Elishae subdita conjugii infecunditate filium obtinuit, & cum ille moreretur, per eundem Elisham prodigiose resuscitatum recepit. Rahab, quia hospitalis erat, in excidio urbis Jerichuanae sola servata, & inter progredientes Christi Domini annamari meruit. Vis plura & recentiora hujus rei exempla? Roma pauperculus erat civis. (Dionysius, c. 4. tit. 10.) quem non beneficentiam in pauperes inopem fecit: cum ergo ad incens redactus, & extrema egestate atque avaritia expectaret, an Deus sua misericordiae opera inopiamata relicturus esset, quondam peregrinum excepit hospitem, qui illi suaserat, ut agrum suum pro agro vicinis commutaret. Paruit vir suasioni tanquam ab Angelo sibi factae, & agrum secundum proferri dedit. Et eodem maximo suo emolumento quippe ab eodem peregrino monitus in veritate agri tam pretiosum thesaurum eruit, qui & ipsi & toti familiae ad omnem vitam erat abundanter prospectum. S. Germanus Episcopus, (Sanctus Regis, Dist. 6. c. 4.) in Angliam veniens a nemine, nisi a paupere passim hospitio fuit exceptus, nisi a paupere passim maclato vitulo refecit. Finito praedio sanctus hospes omnia ossa in pellem vituli involvit, justit, ac vitulum ad vitam revocavit, pastor autem praedit, quod in Anglia Regem evahendum esset, vaticinio correspondente effectum. Nec silentio hic praetereundum videtur quotidianum quasi prodigium, quod Monasterium S. Bernardi in altissimis & frigidissimis rupibus inter Lombardiam & Sabaudiam abjacens experitur. (Monach. cent. 1. c. 2.) Monasterium hoc immentia quasi caelestis confert itinerantibus, qui per sex miliaria germanica ex una parte sursum, & per sex alia ex altera parte deorsum viam maxime arduam & periculosem conficere debent. Deus autem liberalitatem illorum Religioforum triplici remuneratur beneficio. Primo quod nullus peste moriatur. Secundo, quod nullus rupium ascensu aut descensu pereat.

Tertio, quod nemo Monasterio quidquam furari queat, qui protinus prodatur, En! mi Christiane, haec sunt beneficia temporalia, quibus Dominus Deus hospitalitatem, pauperum charitatem exhibuit, pro offa regnum, pro hospitio omnigenam felicitatem attribuit, & a tali domo omne malum avertit: Certe qui illi, qui sanctum Dominicum hospitem receperat, vinea sua a grandia tempestate, qua campi & agri longe lateque atreti sunt, ab omni damno servata est immunitas; & alteri, qui sancto Hospitalium praebuit, filiolus in bullentem ollam prolapsus ad vitam revocatus fuit.

§. III.

7. Pauca sunt ista, quia mere temporalia! Merces illa, qua Deus spiritualiter & aeternum opera pia hospitalitatis compenlat, tanto est estimabilior, quanto anima corpore est praestantior. In Angliam quondam ex Religiofo ex Oxtorio (sancti Francisci missi, sed haud procul Londino in praedicta quondam hospitali non recepti sunt: (Lucianus T. 5. conc. 11. n. 3.) cum ergo miseri peregrini in comptis suis frigidis Jove pernoctare cogentur, janitor, hominum commiseratione tactus, illis copiam fecit, clam labundanti stabulum, eosque pane & aqua pavit. Quid evenit? Hic ipse janitor ea nocte vidit sanctum Franciscum coram divini Judicis tribunalii stantem, qui immiseri cordiam suis Praeribus exhibuit ita graviter accusavit, ut a Judice lata sit mortis sententia in eos, qui hospitali praerant. Perterritus janitor in genua procius veniam rogare cepit, quam & per intercessionem sancti Patris obtinuit, & iste dein primus fuit, qui in Anglie Ordinem, habitumque sancti Francisci assumpsit, idque tanto altius, quo altera die hospitalis Antistites, contra quos lata est sententia, mortuos invenit. In Germania Nobilis quidam (S. Petrus Dam. l. 8. Ep. 21.) in venationem progressus hyemali tempore in sylva incidit in peregrinum mulierem, quae a vita aberrans non tam cum viribus, quam ipsa morte lababatur. Nobilis commiseratione commotus miseram furo pallio coestam in equum suscipit, & in proximum agrum ductam cibo & calore, soluto desuper praedio, resuscillari precepit. Quid porro? Paulo post factum est, ut Nobilis ille gravi infirmitate correptus ad extrema deduceretur, & horrendum ejulare, lamentari, ac conquiri cepit, adesse fygios latrones, qui animam suam & corpore extirant praestolarentur. Verum o bona fors! his in angustiis adventare conspexit peregrinam illam femina, quae pallio sibi donato omnem demouum multitudinem expulit, & agonizanti ferentem animi, ac beatam mortem impetravit, ita ut huic historiae subnaecat Cardinalis Damiani: *Misericordiae fructus, quam vivus exhibuit, oblati sibi, Anim meretur, invenit.* Huic non abimile est,

est, quod Valerius Venetus Prat. Flor. T. 2. l. 4. c. 39. de Nobili quodam in Gallia commemorat: Iter fecerant duo Religiosi ex Ordine S. Francisci, & quoniam pluviosa tempestate via fere ardua ac lutose, fame ac lassitudine delatigati in contigua arce hospitium flagitare coacti sunt. Dominus arcis aberat, Domina autem bene gnara hostilis odii, quo maritus contra omnes conobitas ferebatur, cum timore & tremore illos suscepit, eosque in extremo castelli angulo occulit. Dominus rediit domum, audit ab uxore, quae contigerant, vocat duos advenas, eorumque aspectu ad omnem humanitatis sensum emollitus pedes illis lavari, eosque cibo & potu refici precepit. Nec gratis id Deo fecit, quippe interitis conscientia simulis agitatus rogavit Patrem ut suam confessionem, quam ultra triginta annos dissulerat, exciperet. Perplexa erat confessio, ideo sacer conscientia arbitri monuit consentem, ut noctis spatium arcana altius rimaretur, & altera die, quae confessionis integritati desisset, suppleret: His peractis ipse Dominus suos hospites in cubiculum optime praeparatum adduxit, & quoniam illi lectos & culcitras avertebantur, perentibus stramen pro quiete paravit. Quid evenit? Ea nocte Dominus arcis malo apoclyptico tactus repentina morte decessit, vidique sacerdos, qui confitentis aures praebebat, illum coram Deo Iudice accusari: ingentia erant crimina, quae daemones in iustitia trutinam ponderabant, & nulla fere aderant merita, quae boni Angeli in altera laeae reponeret. Verum ecce! repente supervenit Genius Custos, qui straminis manipulum, quem Dominus peregrinus in lectulum paraverat, in laeae positus praeponderabat: laeae est benigna sententia, & animae Domini aeterna beatitudo adjudicata.

En! mi Christus levitima, tua etiam mercede de Dominus Deus levitima, etiam obsequia pauperibus, & peregrinis exhibita compendit! Si egenum & miserum advenant, aut, ut comformis loquitur, Christum in eorum persona in domibus nostris suscipimus, ait Sanctus Chrysostomus, Hom. 47. in Gen. suscipit etiam ipsum in manifestis illis, quae ab aeterno praeparata sunt diligenter sic. Dicis forsitan! Vah! libenter vellem hospitio suscipere peregrinos, verum inter illos tuos fures, sunt impositores, qui, quidquid in manus venit, e domibus, ubi pernoctant, rapiunt & furantur! Mi Christiane, non vitio tibi verito hanc objectionem, sed in discolor illos & raptores invehor, quorum culpa dein homines etiam optimi & omni amore dignissimi misericordiam non consequuntur! vos illis! Verum te quod concernit, memento illius effati, quod ad esum deo tergiversationes Sanctus Hieronymus ap. Speranz. script. sel. punct. 87. opponere solebat, inquit: Nobis in Monasterio propositum est omnium pedes lavare, non merita discutere. Si tu optima fide, & Dei charitate inopem & pe-

regnum hospitio excipias, non permittit Dominus Deus, ut ille, in ingratitude non monstrum degenerans, in rebus suis oneramentum tibi inferat. Nunquid eandem excusationem obtendere potuisset ille opilio, (Soprhan. inprat. spirit. c. 167.) qui rogatus ab itinerante, ut sibi in suo tugurio hospitandi facultatem tribueret, illum tamen immisericorditer rejectit, ideoque in causa fuit, miserum hominem viarum ignarum a lupis fuisse devoratum. Potuisset sine dubio eodem pallio suam crudelitatem tegere, & tamen iusto talionis supplicio factum est, ut & ipse paulo post a lupis irruentibus fuerit dilaniatus.

9. *Epilogus.* Finio! & unicuique adhuc quaestiones propono! Dic, mi Christiane, quae causa fuerit, quod Dominus Deus tempore Nativitatis Christi aliquot innocentum infantum millia crudeli lanterna trucidari permiserit? Non volo, ut rationem mihi in responsis referas, quae truculentum Herodem, ut sic Christum Dominum, quem regni successorem metuebat, e medio tolleret, ad sanguinolentum facinus commovit. Scire volo, cur Dominus Deus hanc afflictionem, quam impedire facile potuit, supra miseram matrem decreverit? quid illa deliquerat? Nimirum deliquerat, ut in unum 55. Patres, qui in Beatissimam Dei Matrem Divina Prole gravidam hospitio non receperunt. Nota tibi hoc, mi Christiane, & quoniam hoc misericordiae opus, quod est, peregrinos hospitio recipere, vidit ab ipso natura lumine dictari, ab exemplo Sanctorum doceri, a Christo tanquam tibi factum acceptari, & denique a Deo tam temporalius, quam aeternis praemis compensari, tu morem gere Apostolo monenti, (Hebr. 13.) *Hospitalitatem nolite oblivisci!* Siquae fit, ut Christus vivorum & mortuorum iudex in illa die publice tibi laudem dicatur sit, *Hospitem erant, & collegistis me!* (Matth. 25.) &c. &c.

Feria II. Pentecostes.

CONCEPTUS LVI.

De sexto Opere Misericordiae corporalis, quod est, agros lavare.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Joann. 3.

Incaratus Dei Filius excepit suo decuit, quomodo erga agros nos lavare debeamus.

1. Si quaestiones hodie proponerem, quare unigenitus Dei Filius, quem caelestis Pater amor mundi dedit, in hac terra de caelestis descendit, variis forte audierim responsiones. Unus diceret, Christum venisse ut Regem ad subditos, alius, Christum venisse ut Magistrum ad discipulos, tertius, Christum venisse ut Creatorem ad Creaturas, quar-

quartus, Christum venisse ut Dominum ad similes, & quae sunt similia. Ego, ut materia viam parem, quam de operibus misericordiae tractamus, dico, Christum venisse, ut Medicus ad agros! consequenter totum, quae late patet, mundum tanquam ingens nosocomium mihi imaginor; in quo humanum genus postquam protoparentum vitio pecciferam peccati luem contraxerat, lethali & immedicabili agitudine decumbit. Aetum erat! nobis miseris post vitam aeternam, tediis, falsitatis, doloribus, ac conscientiae furis plenum, nil aliud supererat, quam aeterna pernicies, nisi magnus ille Medicus, prout loquitur Augustinus, de calis descendisset, & miserum praeparitibus suo sanguine salutis medicinam praeparasset. Nunquid refusa non est in Galaea? aut medicus non est ibi? quaevisit in veteri testamento Propheta Jeremias c. 8. Et in novo respondet Cardinalis Hugo in Jerem. hic. Medicus est Christus, refusa non sunt Sacramenta, quae evulserat latere Christi profluxerant. Et vero non solus animum, led & corpus Medicus fuit Dei Filius; quid enim lectu frequentius in e jus vita, quam quod cecox illuminari, surdis audiri, mutis loquelam restituerit, leprosos mundari, paraliticos & hydropticos sanari, & denique etiam mortuos excitari? omnia ad nostram institutionem, quo animo erga agros tantis ferri debeamus, Mater virtutum est compassio; ipsa enim bonum Dominum a celo nobis detraxit, ait sanctus Nilus Episcopus Patres. 187. In urbe Hierosolymitana erat olim probatica piscina, cujus aquae quibuscumque morbis sanandis erant salutare; quotidie enim descendens de caelis Angelus movebat aquam, & qui dein ex agrotantibus, quorum ingens multitudo sub quinque porticibus circumjacebat, post motum Angeli primus in equum demittebatur, mox ab omni sua curabatur infirmitate. Inter hos erat paraliticos jam triginta & octo annos habens in latitudine sua, quem cum benignissimus mundi Salvator illic delatus causam tam diuturnae infirmitatis interrogaret, respondit: *Homines non habeo* (Joan. 5.) qui post salutarem motum in equum me demergeret. O quot miseri mortuum per decem, viginti, triginta & plures annos in lectulis agroti jacent! elaruant, sed hominem non habent! sicut, sed hominem non habent! vellent se erigere, sed hominem non habent! vellent medicamentis recocillari, sed hominem non habent, & ita sine solatio, sine refrigerio, sine auxilio misere perent!

2. *Proposita.* O Christiani mei! induite viscera misericordiae; nam, cum omnes pauperes Joann. 4. adjuvandumque sint, ait S. Greg. Nylicus orat. de paup. amand. ceteri illi, qui agros, praecipue suos amplexentis. Atque ut id a vobis impetrem, disceram in praesentiarum, quam insigne opus misericordiae fit, visitare infimos, quomodo utiliter exerceri debeat, quod meritum post se

trahat, & quae sint alia id genus! Prae ceteris nobis sufficit effatum sancti Philippi Neri dicere soliti: Hospitalia & infirmaria agrotantium esse aurifodinas, in quibus homo Christianus per servitia, agrotis paribus incomparabiles aeternitatis thesauros sibi parare potest. Favete!

S. I. Quod visitatio agrotum opus valde meritorium sit.

3. *Confirmatio.* Quemadmodum inter bona terrena valetudine corporis nullum est estimabilis; ita non est in mundo gravium afflictio, quam valetudinis carentia fere corporalis infirmitas: Et tamen quam frequens, quam diuturna, quam nonnumquam intolerabilis est ita afflictio! Sancta Virgo Bona (Sanctorum Regum. Del. pag. 6. cap. 8.) venenoso carciomate in pectore laborabat, quo vitae carnes non sine immenso dolore adeo depercebantur, ut in ulcere ingens vermium multitudo crederet: aliquando cum S. Dominicus ad agrotam invileret, factum est, ut talis vermiculus e vulnere in terram decideret, quem cum sanctus Pater sublatus manu teneret, repente in preciosissimum unione commutatus est. Letari haec metamorphosi tanquam luturæ retributionis signaculo Bona debebat: verum illa, secundum tempus esse praemiorum inquit, iustitiae vermiculi illucyriari, Deumque rogare cepit, ut illum sibi restitueret. Nec inanes fuerunt lacrymae; unio rediit in vermem, quem arreptum pietissima Virgo in ulcus reposuit, dicens: Age, vora bestiola, quantum & quantum tibi Deus permiserit. Beata Piaa Virgo Florentina, dolorosissima paralyti occupata, non in lecto, sed in nudo assero, quique integris annis immobilis jacuit: (Religio. Mir. Sancti. cont. 1. p. 2. mir. 26.) non poterat corpus in sinistram latus vertere, nec unicum membrum movere, quo sicut corpus adeo leuatur, ut ob defluens tabum etiam asseris, qui incumbat, lignum putrefactum, & putrida caro ligo agglutinata sit. Praeterea vermes ex ulceribus icatulentis usque ad intestina serpebant, & mures jacentis carnes ardebat, aut mufcas ulceribus numerose infidentes obigeret: & tamen sereno semper ac hilaro vultu nec unicum haerebat genitum, cum elemosynae illi aut cibum mitterentur, ajebat, se nimis laute haberi, & quod illa in suos usus necessarium non habebat, in pauperes erogari praecipit. Quid dicam de Beata Virgine Beneventa, (Leuch. 30. 0. 0. 0.) quae toto vite tempore, maxime ultimo quoque quennio, acutissimis doloribus obruta, nec loco moveri, nec ullo ciborum genere, nisi aqua solam refici poterat? Quid de sancta Clara, (Idem 12. Aug.) quae viginti octo, quid de sancta Lydvina, (Idem 14. April.) quae triginta octo annis carcerum, a gangranas, paralytes, purulentulcera, costifragia, phlyctes & quid-

& quidquid morborum dolorosum est, generose perculit. In his autem doloribus & morbis non est majus solatium agrotantis, quam fineniat visitante se & sibi compatiente, dicente S. Ambrosio, in Ep. 2. ad Cor. c. 7. *Magna est consolatio patientis, si secum habeat consolantem*. Ita enim natura comparati sumus, ut dimidium dolorem alterius arbitremur, si cum amico compatiente partimur, cuius verba consolatoria nescio quam virtutem & efficaciam habent, ut animam agrotantis, quantum contristatam, desolatam & desperatam erigant, & exhilarent.

4. Oh quam pia, quam admiranda fuit hac ex parte Sanctorum charitas, qui miseris Christianis forentissimo morborum genere occupatis maxima cum industria succurrerunt. S. Bernardus Senensis, cum relicto mundo Seraphicum Ordinem ingressus esset (S. Antonin. ap. *Dauerod. c. 7. tit. 9. n. 2.*) tanta erga proximum charitate flagrabat, ut calumitioso tempore, quo atrocissima pestis in urbe Senensi grassabatur, duodecim juvenes sibi associavit, quibuscum ipse agrotantis, ut a toto mundo derelictis usque ad finem periferia leve servivit. S. Catharina Senensis, (Raymond. *Capitan. in Vir. S. Cathar. Sen.*) ubi inaudit, in infirmorum hospitalia feminam leprosam decumbere, quam omnes ex naturali nausæa abhorrent, eorum illius habuit, eique cibos, ac servitiam patientiam pietate præstitit. Agrotans femina erat terribis ac tadiose indolis, ita ut persequerent in sanctam Beneficentiam aspernissimis verbis invehere; præterea mater S. Catharinæ precibus, & præceptis illam a contagii periculo tetrahere satagebat, quibusdam non obstantibus sancta Virgo charitatis obsequia proferebat; inquam, agrotantem sibi a suo Creatore commendatam fuisse. Tandem cum sancta Virgo agrotæ caput lavaret, demonsi astu factum est, ut manibus lepram contraheret, verum sine detrimento, quamprimum enim femina mortem oppetiit, illa manibus infans infantuli recens nati mundata est. Gallicanus Constantini Imperatoris Bellidux, (Martyrolog. Rom. 25. Junii.) quamvis gentilis, tamen suam Sanctorum Joannis & Pauli votum fecit Deo pro victoria, & Angelum cum cruce habuit stragem, quo duce ipse Scythas devicit, ac superavit. Postea, ubi Constantinopolim victor rediit, repudiato mundo Christo nomen dedit, abique ad ossa Tyberina, factus pauperum & peregrinorum hospes ac servus, quorum impenisa quotidie copia videndis Gallicani operibus confusus, donec tandem ille sub Juliano Apostata, cum Diis gentium sacrificium facere recusaret, martyrii corona donatus fuit. Eandem pietatem erga agrotantes, exercuerunt Placidia Imperatoris Theodosii conjux, S. Radeguna Galliarum Regina, S. Elisabetha Thuringia Ducissa, S. Anastasia, Birgitta, Verena, & nemine masculinum genus illaudatum præteream, S. Rex Ludovicus, Ignatius, Franciscus, & præsertim S. Joannes de Deo, qui hospitalibus & nosoco-

mis numerose erectis Auctor fuit Ordinis Fratrum Misericordiae, qui vi sua Regule & instituti ad agrotantium obsequia destinatur. Sciverunt quam optime hi Sancti & Sanctæ Dei, omnia servituti, quæ miseris id genus mortibus præstantur, ipsi Christo Domino fieri, qui proinde in die illa retributions publice coram universo mundo fitebitur: *Infirmus eratis, & visitavit me.* (Matth. 25.) Quid autem hodie fit? Eheu! quantum refrigit charitas!

5. Antea fores divitis Epolonis jacebat Lazarus, inops, famelicus, infirmus, ulcerosus, sanguine & sanie perflus, atque in palea ex porrectus implorabat hominum opem, & tamen nemo fuit, qui illum oculo dignabatur: Portabantur cibi ad mensam divitis, & reportabantur, ille micam solandæ fami rogabat, & nemo erat, qui tantillum illi porrigeret, & jacebat, ait factus Evangelista, (Luc. 16.) & ita jacebat abjectus, despectus, & derelictus, ut tandem canes plus illi misericordiae, quam homines exhibuerint. Sic hodiernum in diem contingit. Jacet in hospitali aut in angulo domus pauper agrotans, a toto mundo derelictus, & soli Deo notus: Alii in conspectibus, in compositationibus, in ambulacris exultant, & inter jocos ac risus vino se ad ebrietatem ingurgitant, ille nec guttulum habet, quo aridam linguam, aut imbecillum stomachum confortet, nec amicum, qui verbulo illi consolatur. Et hoc infortunium maxime famulos & ancillas tangit. Quamdiu famuli & ancille integra valetudine, & viribus vigent, incoaditis laboribus instar asinorum occupantur, cum autem febricula corripuntur, & domibus in hospitalia expelluntur, malorum citrinorum in morem, quæ, cum optimum succum præcisa derudent, in sterquilinum abiciuntur. Verum quidem est, nobiles & opulenti, cum in agritudinem inciderint, non ita deseruntur: Ubi circa læticam spira ex serico pendit, ubi lectuli auro fulgent, ubi spes hereditatis ardet, numero conveniunt, qui agrum folant. Rex Joram (4. Reg. 16.) agrotans mox Ochoziam regem Hierosolymis, & Ezechias agrotans (4. Reg. 20.) mox Legatos Babyloniz ab Imperatore Berodach missos in suo palatio hospites vidit: at pauperem, cui pro lætica humus, pro culcitra stragem, pro tegumento gauisæ est, nemo est, qui accedat, & consoletur. Quiaimo, si decumbentis agritudo ad aliquot dies progesserit, jam domesticis rædio ac fastidio corripit, sicereque incipiunt: Urinam moro terreo hinc cervicem frangeret, & nostris molestis sinem faceret! Oh quam melius ille jaceret in cometerio, quam in lectulo, & que sunt familia. Ex-
(*Reservat in Vir. Ep. 1. s. 4. 4.*) qui sanie & morbo infirmus, cum aplopectico malo tactus nec gressum figere, nec repere, nec manum movere posset, in cella sua septem integris diebus omni humano auxilio destitutus jacuit, quæ derelictio

yel

vel ipsum Angelum Custodem adeo ad commiserationem commovit, ut illi visibili specie famulatus sit. Tandem, cum septima die Fratres ad cellam senis, quem diuturno tempore haud amplius viderant, conveniunt, Angelus disparuit. Unde autem tanta animi durities? unde tanta immisericordia, & quidem inter Christianos, quibus Christus Dominus legem charitatis usque adeo commendavit? Unde est, quod hanc crudelitatem detestatus Hugo a S. Victore serm. 3. de S. Andrea exclamavit. *Compassionem paganos paganos, Judæos Judæos, imo, quosque ipsi, inveniunt hinc, sed Christiano vix comparantur Christianis.* Unde hoc? Respondent alii, ego ad alteram partem pergo!

§. II. Et quomodo hæc visitatio utiliter instituenda sit.

6. Quæres forsitan, mi Christiane, quomodo & qua ratione hæc infirmorum visitatio utiliter instituenda sit? Postem quidem ex illo charitatis principio: Quod tibi non visiteri, alteri ne feceris; compendioso cum S. Bernardo l. 3. de consil. respondere: *Eo spiritum fratris agrotantis subuenias, qui tibi vix subveniri, cum agrotas. Verum cape furorem instructionem!*

7. In primis motivum, quod te ad agrotantium obsequia, quasi amica vi, trahere debet, non sit aliud, quam Regina virtutum charitas, & ex charitate profecta tenerissima animi compassio, ita ut cum Apostolo (1. Cor. 11.) dicere possis: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Geminæ sorores Martha & Magdalena habebant fratrem tenerissime amatum, Lazarum nomine, qui quondam periculosa agritudine correptus videbatur haud lentis gressibus ad sepulchrum propebare. Oh quanta cum sollicitudine, quanta cum industria sanctæ sorores agrotanti servierunt! Non erat horum die, nec momentum de nocte, quo non illi cibos, & medicamenta parando fidelissime adfuerint: Et tamen non sine grandi animi luctu expertæ tant, agrotantem quotidie magis magisque morti appropinquare. Quid agunt? Litteas ad Divinum mundi Redemptorem, quem saepe hospitio receperant, hujus tenoris exarant: *Eccæ! quem amas infirmatur* (Joan. 11.) Et nihil amplius. Nihil! Non petunt a Christo Domino, ut personaliter agrotam conveniret, non petunt, ut medicamentum contra vim morbi indicaret, non petunt, ut prodigiosum virtutum, quam nulle alii agrotantes experti sunt, etiam Lazaro impenderet, sed tota petitionis instantia in eo fuit: *Quem amas, infirmatur.* Et quare hoc? Respondet S. Aug. 11. 49. in Joan. *Amant tantummodo, amantiam videm, necesse est erant, ipse amor dicitur: proinde cogitabant secum ipsos morere: Sufficit, ut vocetur, non enim amas, & desiris.* En! mi Christiane, ubi sincera charitas in cordibus hominum regnat, ibi sine mora proximo in necessitate constituto succurritur, sufficit, ut inaudias, a-
Claus. Spicil. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

micum aut vicinum in morbum incidisse, & statim relicta aliis negotiis illi in auxilium festinas. Quemadmodum in tubis distillatoribus, cum intus succento igne calor fervet, ad extra pretiosissima balsama, aut alterius liquoris guttulæ promanant; ita cum intus in animo ignis sincerae charitatis ardet, ad extra compassionis lacrymæ fluunt. In exemplum præ mille aliis nobis sit Dilecta in Canticis: Illa, ubi inaudias, quod spontus cubet in meridie, mox omnis moræ impatienter resolutionem cepit: *Surrexam, & circumloca civitatem, per vicum, & plateas quarum, quem diligit anima mea.* (Cant. 3.) Verum sisse irrequieta, & amoris igne agitata anima, sisse, ait Seraphicus Bonaventura in Canticis *indicabo tibi, quem diligit anima mea.* Ubi ergo est? ubi moratur? qua forte fruatur? *En infirmaria jacet, & ibi angustatur: Curre & illi ministra, illi compere infirmaria.* En! primum motivum succurrendi agrotantis debet esse charitas!

8. Alterum deinde requisitum, quod ex hac ipsa charitate proficitur, est grandis, constantis, & insuperabilis patientia, quæ tanto magis erit necessaria, quanto magis agrotans solent esse fastidiosus, pusillanimes, & singulari ferre horis mutabiles. In urbe Alexandria debebat olim pietissimus Vir, nomine Eulogius, (Palladius in *Vitis Patrum.*) qui audiens in concionibus, & in piis libellis lædians, quanti meriti opus sit curæ infirmorum, quondam miserum hominem, non uno in morborum genere afflictum, in publica via jacentem secum domum duxit, & per quindecim omnino annos admiranda proflus charitate curam illius habuit. Indicibile autem est, quæ verborum injurias toto eo tempore Eulogius ab impatientissimo agrotante devotare debuerit, ita ut divitis indies magis magisque crescentibus tandem uterque ad sanctum venerit. Eremitarum Patriarcham conquestum venerit. Magnus Dei famulus, auditus ex utraque parte querelis, agrotæ suam ingratitude. Eulogio suam inconstantiam exprobravit, subjiciens: *Ite, fratres mei, redite domum in pace & concordia! infernalis inimicus hujus dissensionis inter vos ortus auctor est, ut grandis meriti coronam, quæ post paucos dies in calis vos expedit, vobis eripiat.* His dictis reconciliati illi veniam mutuo rogantur, & in urbem redierunt, ubi agrotus post tres, Eulogius autem post quadraginta dies pie in Domino obierunt. En! patientia in servitio agrotum, est præcipua necessaria! Vah! Ego ingratum homanicorem, post tot charitatis obsequia molestem, in sterquilinum ejecissem! Neptæ! non ita judicavit Magnus Antonius! si Eulogius agrotum, cui forsitan sua prædestinatio annexa fuit, & dono expulisset, citra dubium etiam aeternam illam mercedem amisset.

9. Quid autem agam? quid loquar? quæ verba proferam, cum ad agrotum venero? Ad patientiam

T

patientiam

patientia speulam Job, dum in fimo recabans miseriam luc contabit; venere tres amici; ut illum consolarentur. (Job. 2.) Quid autem egerat? In primis, cum miseram Job sanie & ulceribus plenum confecerunt, in invidiosos ejulatus ac lacrymas effusi, eulum & terram lamentis repleverunt; dein septem diebus ac noctibus cum eo in terra sedentes, & incharitabilis pontici obmutefcentes nec verbum proferunt: denique, linguam in verba solventes, non nisi vanos ac inutilis discursus miscuerunt; qui optimum Job potius ad impatientiam, quam ad virtutem poterant provocare. Crassissimi hi sunt errores, quos in visitatione agrorum cavere debes, mi Christiane! In primis non est consilium, ut in tristitia, in ploratu, in lacrymas aspectante agrote immoderate effundaris; quia hac mulierculosa animi teneritudo agrotum non ad constantiam firmat, sed ad pusillanimitatem emollit. Dea neque est consultum, ut excitata & alaceri nimis indole agrote spem vitæ ulterioris facias; quia elusivum spe lactatus faciem penitentiam & Sacramentorum usum de die in diem, & tandem in temporis extremitate respicit. Quid ergo? Postquam agrotum amice salutatum de agritudinis initio & progressu, item de symptomatis, & doloribus, quos patitur, amanter & compatienter audisti, expediat, ut initio morem geras Nazianzeno monenti Orat. 27. *Cibus porrige, medicamentum adhibe, quibus alliga, de calamitate aliquid percontare.* Deinde sententiam ad divina, æternæque actione: Dic illi, huic morbum esse finem, pusillimamque Dei amaritum dilectione proficisci; adeoque ante omnia necessarium esse nostræ voluntatis cum voluntate divina conformitatem! Proponere illi rerum mundanarum vanitatem, & transitorium hujus vitæ terminum, ubi non versatur ut incalz, sed ut peregrini, tendentes ad beatam illam patriam, pro qua tanta Martyres incomparabiliter majora tormenta, quam hic morbus sit, sustinuerunt. Ante oculos illi colloca exempla Christi patientis, & Sanctorum v. g. S. Virginis Bonæ, S. Finæ, S. Lydvina, aliorumque, quorum supra mentionem feci. Hortare agrotum, ut seriam penitentiam animi noxas expiare, & virtutum theologiarum actus, ut dei, spei, & charitatis, multos elicere non præmitteret; modicum enim sapere esse paginam, æternitatem autem, pro qua paginam, esse interminabile, & que sunt aliud genus. Id fit decenter & amanter ex Dei, & proximi charitate feceris, affectu grande illud meritum, & præmium, quod Dominus Deus huic operi misericordie approbavit, inquit: (Ecc. 7.) *Non te pigeat visitare agrotum; ex his enim in dilectione firmabitur.* Quid est firmari in dilectione? Respondeo, Dilectio est vinculum, quo homo cum Deo, & Deus cum homine artissime conjungitur: Firmari igitur in charitate, est cum Deo ita conglutinari, ut ad illo nec in tempore, nec in æternitate amplius separeris.

20. Epilogus. Fivem dicendi fecissem verbis illis Nazianzeno ubi supra. *Eja in agris facienda, curandisque studiose diligenter nos geramus; ut præclarum illud præmium præmii assequamur;* verum scio, mi Christiane, quid hujus doctrinæ opponere soleas: Eheu! inquit, apud probe quidem hac omnia, sed naturalis nausea obstat, quo minus me ægrotantibus beneficiis exhibeam; &c. Quid Respondem? Sanctus Franciscus Xaverius Venetiis delatus pro Dei gloria, & proximorum salute nihil prius habuit, quam ut in hospitalibus & nocentibus ægrotantibus magna charitate inserviret. (Maphæus in Vita S. Ignar. c. 3.) Incidit autem in hominem dolorem, male olentem, & purulentis ulceribus plenum, ita ut naturali nausæ huic hominem inveni, ne dicam tangere, arceretur. Quid egit Dei famulus? Ut nauseantis naturæ horrorem magna, & inaudita virtute reprimeret, accessit generose ad ægrotantem, fascias solvit, labia vulneribus admovet, & virulentum pus, quoddam contra morbum machus, totum egit, & quæ facti victoria gloriosius animicum zelotes id promeruit, ut & hunc, & alios deinceps agrotos prodigiöse fanarit. Mi Christiane, non peto a te tam generatorem illud, sed modicum vim, quæ Dei amore naturali nausæ restitit, in hac enim ipsa difficultate, & difficultatis victoria consistit grande illud hujus operis meritum. Quodvis una vel altera vice tibi vim intuleris, eam tibi gratiam faciet Deus, ut deinceps sine omni horrore, sine difficultate, sine nausæ, imo cum magna delectatione & solatio cum ægrotis converseris. Vah! timeo ex hac conversatione contagium! Falleris, mi Christiane! Charitas est pretiosissimum opobalsamum, quod contra omnem veneni contagionem præsentissimam est antidotum! Hæbetur ab experientia, neminem eorum, qui ex sinceræ Dei & proximi charitate ægrotantibus opem tulerunt, alienum morbum contraxisse, bene autem eos, qui ex inani timore vel nausæ, vel negligentia agrotos dereliquerunt. Sacerdotum nomen (spee. Exempt. V. infermitas m. 20.) vi sui maneris leprosum confessiones excipere, eisque sacram Synaxin porrigere debebat: Tanta autem erat illius erga hunc morbum averio, ut in maro seneltram hunc oculum sibi quodvis curavit, per quam consistentes auidi. Quid autem evenit? Deo puniente lepram contraxit, & ut eo leuculentius esset supplicium, non ex corporis parte, quam leproso obvertebat, sed illa, quam a consistentibus avertere solebat; morbum coactis, nisi ut poenas naufragium! Incurrunt, quod metuunt, & demum, cum in morbum inciderint, neminem habent, qui ad eos invitet, quia iusto Dei supplicio, qui naufragum, naufragum fiat. Ponamus autem, mi Christiane, ponamus, quod ex ægri visitatione, quam Dei amore facis, morbum contrahas; ponamus, quod in seculum decidas; ponamus, quod mortem oppetas; quæ possit tibi auspiciator fors obta-

obtingere? Martyr est. In beata illa cali patria Martyrum laureola tu est; quia non est major charitas, quam dare animam pro fratribus suis! Ota utinam mortuar anima mea hac morte justorum! Amen.

Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS LVII.

De septimo Opere Misericordie corporalis, quod est, Mortuus sepelire.

Fur non venit, nisi ut furetur, malet & perdat. Joan. 10.

Mors ingentem hominum eadem facis, quæ ad sepulchrum effert videmus.

Si pro sumem, de quo hodiernum agit Evangelium, mortuum intelligam, nemoid mihi vitæ vortet, quia hoc mundi Serrator in hac comparatione de morte insar fatis lancia pedibus, deretente, inopinatum, & in horam, quæ non putamus, ventura multoties insituit, & quia non de alio magis fure, quam morte vengerat illud, quod furetur, malet, & perdat. Mors furatur, quia divitias homini, quas pro omnem vitam labore & industria corrafit, ad ultimum usque obdolum aufert, nihilque illi præter obsoletum linteam, & septipedalem Corobrem reliquum tacit. Mors malet, quia sanitatem & vitam admittit, ita ut homo in patrium, seclum & ferens cadaver commigret, quod insar mortuini peccatis ab ipsis familiaribus & domesticis abjectum, despectum, & nauseatum effertur, & in terra defoditur. Mors denique perdit, quia dignitatem, æstimationem, & ipsam famam hominis successu temporis adeo destruit, & annihilat, ut demum post centum & amplius annos ne quidem memoria illius superfit. Et quoties hac mortis rapina, hæc laniena, hæc ruina contingit? Eheu! toties, ut nemo hominum five vir five mulier, five juvenis five adultus, five infans five senex vel una hora securus fit: nihil est auditu frequentius, quam modo hunc, modo alium, de quo minime putabatur, ad plures abisse: quotidie fere videmus funebrem comitium, quo filii parentibus, amici amicis, vicini vicinis ultimum honorem persolvunt, & mortualis campana in turri personat, ut verum sit illud: (Ps. 9.) *Perit memoria eorum cum sepulchro.* Quem autem in finem loquor ista? Dilectissimi audiores, non alium in finem, nisi ut occasione nanciscar differendi de ultimo misericordie corporalis opere, mortuus sepelire, quod licet a nobis per frequenter fiat, dubium tamen est, an debito fine, modo, motivo fiat. Quam gratum & acceptabile hoc opus sit Christo Domino, satis explicant sacri Doctores, ubi quæritur, cur Divinus mundi Salvator, cujus infinita Majestas, ac æstimabilitas mille mundos & mille celos superat, triginta argenteis in mortem venundari voluerit? Resolvant autem

sic questionem: Postquam sceleratus proditor Christum Dominum indubitanter ad mortem damnatum iri confessit, penitentie ductus pecuniam ad Phariseos retulit, ac innocentiam sui Magistri professus est. Tunc Judas ac Pharisei delibere ceperunt, in quos usus hæc pecunia convertenda esset? Putarunt aliqui, in gazophylacio, seu in corbona æservandam esse; verum rejecta hæc sententia tandem decretum est, emendum esse agrum in sepulchrum peregrinorum, (Mat. 27.) dictum deinde Hicellam, id est, ager sanguinis, in quo plurimi peregrinantium Israelitarum, qui annuatim in templum Hierosolymitanum venerant, repentinum morbo ac morte occupati, tumulati sunt. En! ideo Christus Dominus vili argenteorum precio æstimari se permittit, quia tam præstans Misericordie opus hunc exinde orturum prævidit: Ita præter alios in hunc locum annotat Bellucensis spec. Mor. l. 3. c. 24. *Allo enim est placet hoc opus, ut veniat nos recitari, &c.*

Bene autem notandum, quomodo funera comitari debeamus.

2. *Proposito.* Igitur de septimo, ultimoque hoc misericordie opere in præstantiarum discurremus, atque, ut ejus præstantiam ac meritum agnoscamus, duplicem questionem dilucemus: Primo, an valde optabile fit homini Christiano-Catholico in loco sacro sepeliri? Secundo, quo fine, modo & ritu mortuorum sepultura peragenda sint, & quid in funebri comitatu cogitandum & faciendum sit? Hoc duplex punctum, mi Christiane, si diligenter annotes, forsitan ex hoc opere majus meritum, quam hætenus, colliges? Favete.

§. I. Nempè primo, ut sacrum sepulchrum.

3. *Confirmatio.* Omnes nationes ac populi, quantumvis ad civilitatem vel medicorum exculti, semper & omnibus seculis defunctorum corpora in honore habuerunt, ita, ut illi, qui mortuorum cadavera, in campos aut sterquilinum projecta, feris & volucibus devoranda traderent, quales fuerat Magagethæ, Tibarenis, Hircanis, Bactrianis, & alii, inter belluinos, monstrosoque semi-homines numerati sint. Ita legitur, quod Patriarcha Abraham, (Gen. 23.) cum dilectissima ejus uxor Sara in urbe Hebron morte decebit, non solum illam amaro fletu deploravit, sed etiam pro quadringentis argenti siculis agrum in ejus sepulchrum comerit. Patriarcha Jacob morti corpus suum rogavit filium Joseph, (Gen. 35.) ut corpus suum post obitum in terram Chanaan transferri, ibique repositi mandari curaret, quod & Joseph adeo fideliter præstitit, ut paternam suam pretiosissimam aromatis conditum, omnes Regni Proces, pullato habitu induti, non sine lactu & lacrymis comitati sint. Tobias senior in captivitate Assyriorum detentus, cum Rex Salmana-

Sic sic fugienda pompa in morte, & sola anima curanda est.

7. Præterea sicut luctus, ita & luctus in morte amicum & familiarium temperandus est. Verissimum quidem est, inter omnes gentes invaluisse morem quasi a naturaingenitum deplorandi defunctos, dicitur Cornelio a Lapide in Eccli. 38. Omnes fide gentes planguntur sui mortui, ut hic planguntur iuris gentium esse videtur. Et non immerito; plangimus enim, quia amici rem, quæ inter omnes temporales pretiosissima, id est, vitam amisit: plangimus, quia patris, matris, aut amici familiaritate, & solatio orbati sumus: plangimus, quia illis oculis, qui nos toties amice intuiti sunt, illi ore, quod in afflictione nobis toties solatia dedit, illis manibus, quæ nobis in necelitate toties auxilio venerunt, non amplius deinceps fruamur. Et has plorandi rationes adeo approbat Ecclesiasticus, ut ajat c. 38. Illi, in mortuum pedes lacrymas, & quasi dira passio lacrymularum. Verum hic luctus, si iuxta moderatio nis leges excedat, culpabilis est; quia divina Providentia ordini quasi præjudicat, & forsitan ipsi defuncto, qui in caelestis patriæ quietem jam assumptus nollit in hanc mortalitatem reverti, injuriam facit: Certe cum S. Athanasia (Sancti Regni Dei p. 5. c. 10.) mortem duorum filiorum in templo S. Juliani amare desisset, apparuit illi sanctus hic Martyr, dixitque: Noli deslere, quos Deus fecit in calis regnantes habet, potius lacrymas peccatis tuis impende. Oh utinam hoc monitum profunda cordis imprimere matres, quæ filios, conjuges, qui conjugibus incondito plorant, & infinitis quasi lacrymis inconsolabiliter parentant! Cedendum est Deo, qui ita ordinavit, cedendum est nature, quæ debium hoc ab omnibus indispensabiliter exigit: nec in libertate nostra non fuit nasci, ita sit erit mori. Quid deploramus, quod necessarium & inevitabile est?

8. His prænotatis quæres ulterius, mi Christiane, quæ ergo de causa, & quem in finem comitatus funebres instituantur? Respondeo. Præter plurimas alias rationes insinuat fuit ideò, ut honoretur defunctorum corpora, tanquam habitacula illorum animarum, quæ jam modo cum Christo regnare, aut paulo post regnaturas speramus: Credibile est, majorem fideliùm partem salvam fore, quia paucissimi sine Sacramentorum perceptione emoriuntur, & hunc in sensum enunciat Cornelius a Lapide in Apoc. c. 21. Carboliorum longe major pars salvabitur, quia plerique omnes mortui suscipiunt Sacramenta, quæ ex astricto factum contrivum. Quemadmodum igitur amicos & familiares e domibus nostris in alienam regionem ad meliorem fortunam & dignitatem abeunt committuntur; ita, ait S. Ambrosius l. de Tob. cap. 1. defunctis in domum æternitatis proficiscenibus eandem, ultimamque honorem exhibebimus, idque tanto magis, quia illud corpus, quod nunc horridum ac putridum in terram desoditur, in illa die gloriosum re-

surget. Nunquam audisti, mi Christiane, cur cæmeteria comparentur agris, & agri Dei vocentur? Nimirum ratio est; quia fove semina tritici in agros profodum primo committit, deinde examplicato fructum fenore revivificat, ita corpus, quod subus terram in pulverem desinit, in illa die una cum gloria meritorum appendice ad vitam & quidem æternam revertetur.

9. Recte quidem hæc omnia; sed in ipso a. quali funeris comitatu quid agendum, quid cogitandum? Cogitanda hæc ipsa defuncti & beate resurrectionis spes, quam de defuncto concipimus! Vis plura? Aperiamus Scripturam! Quando Israelita ex Ægypto in terram promissam itinerabant, sultit Moyses esse Joseph, (Exod. 13.) eaque populo in sandapila præferti præcepit. Cur autem? Quæ causa fuit, quæ Israelitæ sanctas Josephi exuvias semper præ oculis habere debuerint? Percipere responsum doctissimi Speranza scripti sel. pundt. 127, dicentis, id factum fuisse, ut Israelitæ animas in terram avellerent. Notum est esse Scripturam quam ægæ a terra Ægypti avulsi sint, & quoties ex itineris tedio reverti vellent; Præterea notum est, quod ipsa Ægypti, argentea & aurea vasa secum asportaverint: Ut ergo iuanibus his mundi divitiis inordinato affectu non adhererent, aut itineris fastidio omnino in Ægyptum regrederentur, judicavit Moyses, expeditissimum esse remedium, si offa S. Josephi, in fronte exercitus portata, continuo intuerentur. Ea si mi Christiane, hic fructus deberet esse, quem ex funeris allicuius comitatu reportes! Noli garrire, videre, consolari, sed modesto gressu incedens desige oculos in sarophago, qui tibi præfertur, & cogita: ita defunctus post viginti, quadraginta aut sexaginta annorum lætis felicem vitam jam ultimam diem clausit, & hæc eadem fors & mors, quæ hodie istum tetigit, cras me tanget. Quid profuit jam illi divitiæ, agri, sylvæ, prædia & largiundia possessa, de quibus nec teruncius illi remansit? Et quid mihi proderunt? Quid illi jam profuit honores, voluptates, & gustatæ sæculi vanitates, quæ insat fati disparere? Et quid mihi proderunt? Quid illi jam ex omnibus, quæ in mundo habuit, supererit, aut solatio esse poterit, quam pia opera, preces, elemosynæ, jejunia, corporis mortificationes & alia, quæ secum ad iudicium tulit. Et quid mihi supererit? &c. Hæc cogita, & dein inconcussa animi firmitate decerne, quod non amplius in Ægyptum reverti, nec periturus his sæculi divitiis animam inordinate alligare, id est, quod pravos peccatorum occasiones fugere, & eos meritorum thesauros colligere velis, qui, cum aliquando in teretro jacens ad tumulum deportaberis, tibi possint esse solatio. Sic fructuose, sic utiliter comitaberis funera; non enim credis, quantam vim & efficaciam habet consideratio mortis avellendi animos a theatris sæculi crepundiis, & erigendi ad celestia, eaque vera bona.

10. Epilogus. (Sirach-Rancius in hor. Exemp. Ev. 6. r. Conf.) Narratur de archipirata, homine immani, quod, postquam innumera navigia exposuisset, & in profundum, hominibus crudeliter interfecit, demerit, demum naufragium fecerit, inque insulam a tumultuante mari ejectus sit, ubi rapinas, quæ antea in aquis fecit, etiam in terra profectui pererit. Incidit aliquando in piam sacerdotem, qui sancta libertate illi commissa celera exprobrare, & in ferria confessione sibi consulere, æterna supplicia minitari cepit. Pirata paratus rogat suam confessionem excipit, quod dum facit sacerdos, obstupefactus scelatum enormitate reposuit, non habere se facultatem absolvendi a tantis flagitiis, necesse esse, ut Romam pergeret, ibique ab ipso Pirata Vicario remissionem impetraret. Quid pirata? In furias adus extrahit sicam & bonum sacerdotem funus facit. Dein conscientie stimulis agitatus accessit alium facerdotem, verum cum & ab hoc eandem responsum audiret, hunc crudeliter interfecit. Tertius sacerdos, quem confessoris pirata accesserit, priorum exemplo perterrefactus, invocato divini luminis auxilio, consentit imperit sacram absolvitionem, non alia poenitentia illi injuncta, quam ut per omnes vitæ dies, quoties fies offerret occasio, mortuorum funera comitaretur, & simul ultimam suam horam confiteretur. Peciit pirata, quæ iustus fuit, & eccel tam salubris fuit hæc medicina, ut ille totus quantum mutatus facrum a fœterium in gressu fies, & peracta altera commisionum poenitentia vitam beatam clausisset. Quid dicta superest? Nihil aliud superest, quam monitum illud Ecclesiasticus c. 7. Mortus non prohibes gratiam; id est, tude mortuis exhibere ultimum sepultura honorem, sic illis, & tibi ipsi proderis in vitam æternam. Amen.

In Festo S. Antonii Paduani.

CONCEPTUS LVIII.

Sua, qualisque vigilantia homini in cura salutis necessaria sit, declaratur exemplo gloriosi Antonii Paduani.

Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenierit vigilantes. Luc. 12.

Homo salutis sue invigilans bene attendat ad se: quomodo se habere debeat erga seipsum, erga proximum, & erga Deum.

1. Cum supremus Bellidux subjectis militibus austeritate, qua potest, maxima præcipit, ut ad omnem natum pirati sint, ut rationes ac vigilas accurate observent, ut evaginatos gladios, oneratas fistulas, & ephippias equos diaduoctue in promptu habeant, siquam est, haud procul abesse hostem, cum quo cunctum prælium conferendum erit. Patem in

modum periculis, & insidiis, quæ homini in negotio salutis obvencire possunt, plane magnas, multaque esse, ex eo satis delumitur, quod Christus Dominus in Evangelio frequentissime ad vigilantiam hortetur, per quam nihil aliud intelligitur, quam in rebus animæ exporrecta quadam diligentia ac sollicitudo. Sic conpium hujus rei ineamus, certe inveniemus hæc voculam Vigilare in solis quatuor Evangelistis ad minimum decies Dominico ore fuisse pronunciatam. Hodie præter idemton monuit describit Dominus qualitates hujus vigilantie, & accurate requirit primo, ut lumbi præcingantur, deinde, ut lucernæ ardentes in manibus teneantur, denique, ut momentis singulis adventus Domini expectentur. Per præcionem lumborum subauditur moderatio passionum, refranctio concupiscentiæ, ac generosa tentationum victorias, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione habere debeat erga seipsum. Per lucernas ardentes subauditur homo exemplum ac cura alienæ salutis, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione habere debeat erga proximum. Per expectationem Domini subauditur singularis conatus, ac industria temperantiam mundana omnia, ac corde & animo semper conversandi in calo, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione se habere debeat erga Deum. (Corn. a Lap. in Luc. 12.) Hæc tria puncta bisi commendata habet, qui quis ad calum aspirat: Ad calum, inquam, quod vim patitur, & non nisi a violentis occupatur. Absint hic culctus, absint tympana & tybia, absint vix rosis conuata; laborandum est! fidandum est! pugnamum est! Hinc anchora hie ad rem vitiosæ hie de re fuit admonitus; cum enim videretur fies calo appropinquare, audivit ab Angelo: Ne mo piger hie ingrediatur, tæ, corate, concenctio vitates sæculi &c. (Jo. Mosch. in Prælo spirit.) Verum quid ago? Cur in disista antiquitatis exemplis excurro? Vix est Sanctorum aliquis in calo, in quo triplicem hanc veritatem liceat luculentius exemplificare, quam ille, cujus hoc die Festum celebramus. Gloriosus Antonius Paduanus, dum fuit naturalium passionum, tentationum omnium, ac infernalium potestatum invictus dominor, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga seipsum! Gloriosus Antonius Paduanus, dum corrigendis sæculi moribus, salvandique animabus indefesso conatu se impendit, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga proximum! Gloriosus Antonius Paduanus, dum applicandæ Divina Majestatis glorie totus quantum insudavit, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga Deum.

2. Proposita. Dilectissimi, vos alloquor Patres, & Sorores almæ Confraternitatis S. Antonii, nonne huc numero convenistis, ut Tutelari vestro Patrono hodie singulare amoris obsequium exhiberatis? Dico: Nonerit illi gratius obsequium, quam vix ejus imitatio; proinde ut partita hæc instructio docebo vos vigilantia